



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 2. Quis calix proponitur Apostolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Rationem regni Christiani ignorabant, cui præf-
tegit ebrietas, terrena cogitabant, quamvis aliquo mo-
do celestis, sed illa tamen ad humana transferebant,
non ad illa mentibus adhuc nondum illuminatis se-
ferregebant. Est enim hoc re hominum vitium, ut
non nisi ex consuetis, & ex humanis affectibus de
celestibus indicant; Non igitur negat suâ electione
illam ~~ex parte~~ concedi, sed illis quoque tantæ
dignitatis partem sunt opera futura. Commentarius Hie-
ronymo adscriptus, *Non persona, sed vite paratum eis præ-*
paratum.

QVÆSTIO II.

Quis calix proponitur Apostolis?

Cogitandis rebus secundum eos ad duram,
Et asperam virtutis viam reducit: Ignora-
tionem namque regni sui, & Apostolicis officii ambiti
certamina mouebant. Rectè Chrysostomus *ἐπεὶ οἱ
πρὸς τοὺς ἀντιπαρεστῆσαν τοὺς ἐκείνους ὁ δόξαι τὰν εὐαγγελίαν
κατὰ τὴν ἀληθείαν, ὅμως μὲν διὰ τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ λόγου
τοῦ ἀληθοῦς ἐστίν· ἐγὼ δὲ σφιδάρονται ὑμῖν καὶ ἐν
ἐπιθυμίᾳ [ἀληθείας] ὃ δι' ἐσθλὰ καὶ τὰν ἐπαύλειαν καί ποτε
καὶ ἐν τῷ δεξιᾷ μου διενεχέτω ἐκείνη ἀδικία σφετέρης [καὶ] πο-
τήν [καὶ] νυνδιούσα τὰ περὶ ὧν, ἰδετέ, ὡς φέρει πο-
δοῖσιν αὐτῶν ὀπίσθεν* eos adducit, contraria illi s dis-
ferens; vos, inquit, de honore, & coronis differitis, ego
vero de certaminibus suis & sudoribus. Hoc enim non
est primum tempus, neque hac est illa gloria, quæ
apparet. Sed præsentia tunc necis, bellorum, periculorum.

Itaque his negat locum esse precibus: cum iam Patris coelestis iudicio, & decreto locus honoratissimus fratris assignatus. Eos tamen & ipsos honoratos, forte demonstrat, cum promittit fore, ut calicem eius bibant. Martyri vero calicem intelligit, quem Iacobus bibit, Ioannes bibit ille quidem, non tamen martyri vitam iniungit. Nam Traiani tempore in vas fernenis olei missus, & graviora morte supplicia percellens, qualiter miraculo mortem, cum tamen nec volantes, nec torus animi, nec ipsa tormenta defuerint. Hieronymus lib. 21. aduersus Iovinianum T. 1. etiam ex hoc loco premiorum coelestium inæqualitatem de nobis:

Vitantes enim esse paratas mansiones diuersas docet. Iacobi & mansiones quas preparare se dicit Christus Apostoli, in domo vique sunt Patris, id est, in regno celorum nunc iura, in quo praesentia Apostoli relinquebat. Simulque scriptura intendunt: Dicerem inquit vobis quia vado, & preparabo vobis locum, si non multae mansiones essent apud Patrem, hoc est, si non vniuersae quae mansionem sibi non ex largitate dedit, sed ex propriis operibus preparare: & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & Iudas nihil praeparatus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum illud in legendum, quod ad filios dicitur Zebedae, quomodo alter asinus iit, alter cupiens sedere à dextris: Calicem quem meum bibetis, sedere autem à dextris meis, siue à sinistris. Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre nostro. Non est filij dare, & quomodo Patri est preparare? Patet inquit filij in caelo, diuersae & plurimae mansiones, plurimae diuersaeque virtutibus, quas non persona accipimus sed opera. Frustra ergo à me petitis, quod in vobis situm est, quod Patri meo ius parante, qui dignis virtutibus, ad tantam a se sensurum dignitatem.

§. 2. Calix cuiusque est fors, & status diuino indi-
 co constitutus, & tam in secunda, quam aduersa for-
 tuna intelligitur. vt Psalm. 15. vers. 5. & Isa. 51. vers. 17.
 explicui. Est enim calix lætitiæ, calix inebrians, ca-

lix ira Domini, calix suppliciorum. Prouerbiali gi-
turalocutione indicat, eandem fore de scipulo um
et suam conditionem, vitæ & mortis similitudinem. Po-
testis calicem bibere, quem ego bibiturus sum? *ἐγὼ πίνω
κίεον*. alta exemplaria habent. *ἐγὼ πίνω*, quem ego
bibo. Hoc ex Luca translatus non immerito exiti-
mat Lucas Bug. sicut & illud, quod in Syris & Gra-
cis subditur. *ἐγὼ πίνω* *βαπτισμα*, *ἐγὼ πίνω* *βαπτισμα*, *ἐγὼ πίνω*
βαπτισμα, *ἐγὼ πίνω* *βαπτισμα*, *ἐγὼ πίνω* *βαπτισμα*. Passio au-
tem baptismi vocatur, quod in eo sit meritis & sub-
merisio; nam aquarum, fluctuum, gurgitum, fluminum
nomine magnæ, & inevitabiles calamitates solent in-
dicari: atque ita passim in Psalmis loquitur Propheta Da-
uid asflet.

§. 3. Quæritur à multis, cur passionem suam calicis metaphora designet, & genericum, cur calix significacionem habeat, secundæ, aliquando, sed & rebus aduersæ fortunæ, calamitatum, suppliciorum, necis? *Calix in bonis & malis.* Theophylactus & Euthymius calicem ita dictum existimant, quod Christus, læto, lubentique animo passionem subierit, quo solent haurire calices, quos longafitis tenuit. Verum quidem est, Christum desiderio desiderasse mortem obire ad generis humani redemptionem, calix tamen etiam eorum dicitur, qui dolentes & iniuri bibere coguntur. Alii ita dici sumptu similitudine, ex poculo medico, quod insuauis est, & naturæ reluctanti ingeritur, salutarem tamen habet efficiendam, & morbos fugat, ita Christi calix amarus fuit bibenti, sed nobile mundi remedium, quo & morbi mortis antea ambulones, & mors ipsa fugata est. Hoc etiam minus latè patet. Nam calix etiam impiorum dicitur, quibus testis est haustus facis iræ diuinæ, non salutaris.

Non de iure, quia conuiuii loquendi modum esse sumptum exultantia Ianfenius: Modimperator enim seu Rex conuiuii, suam cuique portionem præstebat, præsertim bibendi. Hoc quidem in iuris, & propter dici potest; non autem aduersis, in conuiuium enim bonorum, & quæ hilaritati faciunt, distributione à Rege fieri soleat, in vsum enim latitæ Rex constituit, nec penarum arbitrius ille est, nisi forte iocularium, quæque exhalarent conuiuias. Adde etiam Proverbum Hebræum à Dauid, aliisque vsurpatum ex more Romano fumentum non esse. An vero Iudæi veteres regna vini sortiti fuerint, nondum liquet. Ex quo colligo ex conuiuiis tantum sumi calicis significationem pro fausta, & læta. sic Psal. 22. *Calix meus inebrians, quam præclarus est.*

Itaque significationis brigo est ex more Gentilium, qui venenum temperabant reis, quale Socrati dede-
runt Athenæ, multique aliis. Itaque eodem calice vi-
ti, est eadem calamitate confecti. Finit autem fre-
quentissimus veneni, non modo sententia iudicis
damnatorum, sed etiam sponte fumentium letales
portiones, vt contumelias, & diutiora supplicia ante-
uertent. eximplum luculentum est apud Linium,
de Senatoribus Capuanis: aliisque. Calicis autem
vocabulum hic potius, quam poculi usurpant etiam
Latini. Seneca Epistol. 67. In hac est Regula arca, Cato-
ni seissimam manu sua vulnus, Rutilij exilium, calice venenatus,
qui Socratem transiit in carcerem in coelum.

VERSUS 25.

IESVS autem vocavit eos ad se, & ait: scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores

Reis calix
venenatus
dabatur.